

163.



ERRATA
MUNICIPIUM THORUNENSIS
MUNICIPIUM THORUNENSIS

HONOR EXEQVIALIS,
VIRO
ADMODUM REVERENDO, CLARISSIMO,
DOCTISSIMO,

DNO. PETRO

Schönwaldt /

Presbytero Thorunensi per Annos XLV.
Vigilantissimo,

SENI VENERANDO,
COLLEGÆ DESIDERATISSIMO,

Anno Domini 1701. Ætatis LXXV. d. 22. Novembris
piè denato, & 27. hujus, ipsâ Dominica i. Adventûs, in Templo
SS. Trinitatis Nov - Oppidano, ritu Christiano
Terræ mandato,

EXHIBITUS

à
MINISTERIO THORUNIENSI,
INVARIATÆ AUGUSTANÆ
CONFESSIONIS.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA THORUNIENSI.

AARON BILVERNITZ
Eckel Pol. T. 100.



UM LAUDE IN TERRIS DEFUNCTUS MUNERE
SACRO,
NUNC EUGE! IN COELIS AMPLA BRABEA
CAPIT.

*Hac in honorem Venerandi Senis & Collega,
paucis multa exprimens,
fudit & fecit*

PAVLVS HOFFMANNVS D.
Senior.

SCHOENWALDUS, Collega meus, triginta per annos,
THORUNII hic, mecum, munere Præco DEI.
Felicem Bigam, cui cœlica dogmata Verbi,
Coniunctis studiis spargere dulce fuit.
In lætis quoties & in arctis duximus horas!
Junximus ingenii consiliique penu.
Nunc heu! *dividimur* dolor, heu dolor! atque remansit
Jam mihi cum luctu nil nisi, triste, Locus:
Ah Myſta! ah! cur viribus usque huc, integer, ægrum
Antevenis Myſtam, præpete Morte, tuum.
Te, natu quia major, euntibus ordine fatis,
An DOMINO quod eras charus, obisse putem?
Est, ut utrumque putem; fuit hæc divina voluntas,
JOVA pari faxit Me quoque Lege sequi!
Interea madidus oculis, sed carmine sicco,
Prosequor exuvias, dum fruor Orbe, tuas:
Ætherias donec *coniunctos* Numen ad Aras
Jungere tunc nostrum pectus & ora dabit.

Hac dolens obitum Confratris, exhibet

MICHAEL Ringeltaube/
Eccl. Neopol.

Plaudite Cœlicolæ! Cœlorum plaudite portæ!
Ecce novus Civis, Myſta fidelis adest!
Myſta fidelis adest, & Cœli gaudia summa
Percipit, & Sanctum fundit ab ore melos.
I præ, Serve DEI! senio me deseris ægrum
Et fruere fato prosperiore meo.
Ast ubi Supremi fuerit suprema voluntas,
Brachia suscipient me quoque Christe, tua.
Emeritum, rogo, digneris dimittere Servum,
Pacæque sperata fac, pie Christe, fruare!

*Sic venerandi Senis & per XXVIII. annos Collega conjunctissimi,
pia fata luxit & se ipsum erexit*

AARON BLIVERNITZ,
Eccl. Pol. Thor.

IN terris Christi dum grex HOSANNA sonorum
Cantillat, Dominum ac excipit ore suum:
Deserit hunc cœtum SCHOENWALDUS, Myſta Verendus,
Æternum in Cœlis nunc HALELUJA canens.

Lug. deproper.

HENR. DZICOWIUS,
ad D. MAR. Eccles.

Mie? Schweigt nun Sions Ruhm / der Seinigen Verlangen /
Liegt denn sein Mund erstarrt jetzt auf der Todten - Bahr?
Sein Mund / der insgesamt am neuen Kirchen - Jahr
Die neue Lehr - Art pflegt erbaulich anzufangen?
Ist denn der Hirte selbst nun Asche / Staub und Erde /
Und wird heut' eingesenckt in seine Grabes - Grufft?
Dem ehmal's Jesus hat wie Petro zugerufft:
Kommi / weide meine Schaaff und deine Kirchen - Heerde /
Der / welcher treulich Sie geweidet und geführet /
Getröst / erschreckt / bewegt / gespeist mit Himmel - Brodt /
Der Sie zum Leben wies? Ach ja / Er selbst ist todt!
Nachdem Ihn unversehrt des Herren Hand gerühret.
Sein wol beredter Mund ist jeho ganz verschlossen:
Allein im Engel - Chor / dort in der Sternen Bahn
Wird Er zu Gottes Lob nun erst recht aufgethan /
Der Nectar tränckt Ihn dort / der hier von Ihm geflossen.
Hier hat Er mit der Welt und Teuffel oft gerungen /
Dort aber trägt Er den schönen Sieges - Kranz /
Er feyrt das Jubel - Jahr / scheint als des Himmels Glantz /
Und ist jetzt durch den Tod zum Leben eingedrungen.
Betrübte / das werd't Ihr bey Euch nun wol erwegen /
Legt auf den Mund die Hand / und gönnet Ihm die Ruh
Nach vieler - Tages - Last / und traut dem Höchsten zu /
Er wird als Vater Euch nicht lassen ohne Segen.

Dieses Wenige schrieb aus herzlichem Mitleiden

Gottfriedt Weiß /
ad D. MAR. Eccl.

Jam non, ut quondam, laxat sua retia Petrus
Ad Verbum Domini, pisces in gurgite captans;
Alterius nec apem consortis porro requirit,
Viribus exhaustum toties qui sublevet ipsum:
Sed potius sequitur, post tot discrimina rerum,
Et varios casus, divina voce vocantem
Cœlitus ad Cœlos nitidos, ut vadat ad omnes
Conservos fidos, quibus est promissa corona.
Quam bene commutat cœlestia templa caducis,
Quam felix gaudet durantia gaudia Regni,
Fulgeat ergo Senex venerandus, stella corusca!
Accipiat lætus per Christum præmia magna!

Piis sic manibus acclamare voluit

MARTINVS OLOFF, Eccl. Pol.

Begehrliche Einstimmung D. Petri über des Herrn Christi
Verklärung.

Mer ist's gut wohnen / Herr / hier hab ich Lust zu bleiben /
In deinem hellen Licht: Hier seh ich offenbar /
Was in dem dunkeln Ort vorhin verborgen war:
Hier soll mich keiner leicht fort anderwärts hintreiben.
Mein Schöpffer / ja du selbst / Herr / wiltu uns erlauben
Drei Lauber-Hütten aufzurichten hier und dar;
Dass uns dein Angesicht noch besser werde klar:
Dir etne / Mose dann / Elia drinn zu schweben:
So rieß dort Petrus aus auff Thabors klarer Höhe:
Dein unser Petrus folgt / da Er in hellem Licht
Nunmehr Gott selbstien schaut von und zu Angesicht.
O / dass ein jeder stets dem Herren so nachflöhe!
Dass er zu bleibn ihm / wo Jesus ist / begehre /
So bleibe Gottes Haus hier und dort nimmer leer!

*Mit diesem Geringfügigen solte und wolte seines Seel. In. Reich-
Vaters Ehren-Gedächtniß erhalten / und den Leidtragenden
einigen Trost zusprechen*

M. David Gerlach /
ehemahliger Prediger zu
Gurste.

Adventum Domini celebrans Ecclesia sancta,
Gaudia mille canit, gaudia mille sonat.
Sed cum SCHOENWALDUS Pastor sincerus & almus
Advena fit cœli; Tristia quisque canit.
Sed quid tristamur? DEUS est, qui fata gubernat
Nostra, nec in terris mansio nostra manet.

*In honorem & memoriam B. Defuncti Ecclesiastæ Neopolitani
Imq; apposuit*

GOTOFREDUS CHOLEVIUS,
Grembocinensis, Rogoviensis &
Leibicensis Pastor.

EN! vix emeritus Servus noua munia poscit,
Cœlicolas inter dum redivivus agit.
Umbonem linquit conscendet pulpita cœli,
Ad nutum Domini moxque paratus adest.
Esto! sancta cohors, hunc plaudens excipe Patrem,
Qui quondam vester Mystra suavis erat:
Ille nova sancto lingua præconia dicet,
Vocibus & junctis carmina vestra canet.
Post exantlatos nobis donare labores
Dignetur Numen, corde vovemus idem.
Vos, animum quæro, satis est, dissolvite luctu,
Corda nec injecta rundite mœsta manu.

His Patrem in Christo comitatur

JOHANNES HELD, P. Gurstk.